

CXXXI

713

silue: diaboli cubacula vbi erant ve-
 pres idolatrie: sed nunc campi facti
 sunt vomere predicationis arabiles
 et deo fructificantes. Nos vero au-
 dientes in prophetis quod ecclesia edi-
 ficata sit. **Introibimus** et inha-
 bitamus in vnitatem fidei in vinculo
 charitatis vniti in domum quam de
 effrata venientes audiuimus (et ado-
 rabimus vbi) audiuntur predicati-
 ones apostolorum qui quasi (pedes)
 sustentantes totum corpus ecclesie
 sunt. Et conuersus propheta ad
 dominum ait: **Domine** iam ex-
 plenisti iuramentum tuum: redidisti
 votum: inuenisti locum deo iacob:
 iam pduxisti ex salutarium tuum ecclesiam
 (surge nunc) a mortuis (in requiem
 tuam) in patriam celestem non solum
 tuam sed et ecclesia tua quam sanctifi-
 casti sanguine tuo que (arca) dici-
 tur quia in ea est manna .i. sacramen-
 tum eucharistie: in ea tabule legis .i.
 doctrina veritatis: in ea virga aaron
 .i. potestas sacerdotalis. Et te eunte
 ad patrem precor vt **Sacerdo-**
tes tui seruiet tibi deuote (indu-
 antur iusticia) que omnes virtutes
 complectitur que sunt ornamenta ani-
 me (et sancti tui) ipsimet .s. sacerdo-
 tes et eorum subditi exultent de ce-
 lestibus bonis. Item insuper precor
 te domine pater quod **Propter** me-
 ritum christi qui de semine dauid for-
 mam seruilem suscepit non auertas
 penitus a iudeis noticiam christi quin
 aliquando ostendas eis saltem prope
 nouissima tempora vt reliquie israel
 salue fiant. **Propter** dauid nec
 diffido quia **Iurauit** dominus
 dauid .i. firmiter promissit (verita-

tem) quia sicut promissit sic compleuit
 (et non frustrabitur eum) .i. non est
 mentitus ei: iurauit dico ita dicens
 (de fructu ventris tui ponam super
 sedem tuam) .i. christum iuxta illud
 angeli ad mariam: dabit illi deus sedem
 dauid patris sui. **Cor** patris ad
 christum. **Filij** tui) per te in fide pro-
 geniti etiam (sedebunt in regno ec-
 clesie) principes prelati siue iudices
 tecum (si custodierint) corde crede-
 do et opere implendo precepta legi
 et prophetarum que (testimonia) pro-
 ferunt fidei que (docebo eos) per te
 et tuos. Et non solum ipsi filij tui
 christi sed etiam **Filij** eorum et suc-
 cessores eorum (sedebunt super sedem
 tuam) in regno ecclesie (in seculo se-
 culi) quia semper usque ad consumma-
 tionem seculi permanebit prelatorum
 potestas et auctoritas in ecclesia. Et
 hoc non meritis eorum sed **Quo-**
nam dominum? sola gratia (elegit
 sibi sion) videlicet ecclesiam vt hic
 in presenti inhabitet in cordibus ele-
 ctorum per fidem. Item pater ad
 filium ita elegit sion vt sit **Requi-**
es mea in qua requiesco non tantum
 in hac vita sed (in eternum) non ideo
 dicit sion esse requiem suam quod ipse
 aliquando lassatus requiescat sed quod
 nos in illo requiescamus in hac eccle-
 sia (habitabo quoniam ad hoc ele-
 gi eam) vt ibi inhabitet hoc est in
 cordibus electorum. **Vidua** a?
 .i. animam desertam omni auxilio mu-
 dano nisi solius dei (benedicentes be-
 nedicam) benedictione gratie in pre-
 senti et gloriose in futuro (et pauperes
 eius humiles) corde nihil de se presu-
 mentes sed in misericordia sola dei

p